

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Ioannis Ivsti Lanspergii Carthviani, Natione Bavari,
Opvscvla Spiritvalia**

ab ipso Autore partim Latinè, partim Germanicè euulgata

Orationibvs Variis, Et Ignitis aspirationum iaculis ad Deum, Deiparam
Virginem Mariam, cæterosq[ue] Sanctos - exercitijs item diuersis, tum
maximè Paßionis Dominicæ, eiusq[ue] matris, refertißimus

Landsberg, Johannes Justus

Coloniae Agrippinae, 1630

Pro clarificatione aimæ post exitum huius vitæ, precatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45928](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-45928)

Pro clarificatione anime post exitum huius vita, Precatio.

O Amantissime Iesu Christe, Dei & hominam mediator, rogo te per ineffabilem gaudium tuum glorificationis, ut animam meam in hac vita purgare digneris ab omnibus maculis & tenebris peccatorum, ut ad illam securus permanentiam claritatem, statim post exitum anime meae de corpore, quam mihi incomparabilis pretio nobilissimi sanguinis tui & preciosissima morte tua comparasti, Amen.

Iesus Christus ut omnium membrorum suorum glorificationis inestimabilem claritatem accepit a Patre.

GLORIFICATIO VI.

A Vegloria, honor, laus, & felicitas Sanctorum Angelorum, & gaudium eternum omnium Sanctorum, Iesu Christe rex gloriae. Laudo, benedico, adoro, magnifico, & glorifico te, pro illo singulari gaudio, quod habuisti, quando charitas inestimabilis, quem te in mundum de sinu Patris tui depositum, & omnibus miserijs, paenitentia & infirmitatibus, absque peccato, te subiacere fecit, nunc in gloria resurrectionis tuae, te & omnia membra tua, sicut in passione in tolerabili dolore & pleuerat, incomparabili gaudio, honore & decoro repleuit.

Pro lumine gratiae, perfectione, dilectione voluntatis, Precatio.

O Iesu amabilissime, per illud gaudium tuum rogo te, da mihi lumen gratiae ad cognoscendum & auxilium virtutis tuae ad perficiendum in omnibus beneplacitum sanctissimae voluntatis tuae, ut sciam & feruentissime perficiam quicquid sit acceptum coram te omni tempore, ne vnuquam negligam vel omissam, quod velis per me fieri, nec vnuquam faciam, quod velis omitti. Amé.

Iesus Christus ut electorum animos mastitias repletos, sua resurrectione, crebrum apportionibus, gaudio consolationeque, afficerit.

GLORIFICATIO VII.

A Ve conuiuum plenissimum, pax dulcissima, solamen & consolatio omnium pie mōrentium, Iesu dulcissime: te laudo, adoro, magnifico, glorifico & benedico tibi pro illo ineffabili gaudio, quo ipso gloriosissimae tue resurrectionis die, tuos electos pro te vehementer consternatos, latificasti, ipsis apparens multis vicibus, dulciterq; salutans, & pacem affrens: item cum illis coniuans, & in fide exhortans corroborasti, & exinde per quadraginta dies crebris apparitionibus te eis manifestans, per multa argumenta instruens, scripturastq; edificens in fide plenē eorum animos consumasti.

Pro sui plena abnegatione, perfectaque, obedientia, ac pectoris pace, Precatio.

D Ulcissime Iesu, bone Domine, per tuas apparitiones gaudiolas & colloquia suauissima, per gratissimam & iucundissimam moram quadraginta dierum, quam cum discipulis peregisti, donec in fide fierent perfecti, inflamma quod cor meum igne perfectae charitatis, ut promptissima & hilari voluntate meipsum ex toto abnegem & relinquam, tuamq; voluntatem in omnibus perfectissime adimpleam: ut tibi sic in torde meo delectabile conuiuum perfectissime obedientiae exhibeam: & non solum credendo & confitendo, sed iuxta omne beneplacitum tuum viuendo, & tibi seruiendo, resurrectionis tuae testis siam, utq; veram pacem pectoris in praesenti, & aeternitatis in futuro, te misericorditer domante, impetrare valeam, Amen.

